BIBLIA LATINA, BD. 1
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 418r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



mare conuertentur. Omne munus
et omnis iniquitas delebitur. et fi
des in seculum stabit. Substancie
in iustorum sicut fluuius siccab
untur et sicut tonitruum magnum
in pluuia personabunt. In aperi
endo manus suas letabuntur
et sicut preuaricatores in consum
macione tabescent. Nepotes im
piorum non multiplicabunt ra
mos et radices in munde super
cacumen sonant petre. Super om
nem escam uir coctas. et ad horam
fluminis ante omne fenum eu
elletur. Gracia sicut paradisus in
benedicionibus. et mina in seculum
permanet. Vita operarii sibi sufficiens
condulcabitur. et in ea inueniet
thesaurum. Edificacio ciuitatis
confirmabit nomen. et super hanc
mulier in maculata conputa
bitur. Vinum et musica letificant
cor. et super utraque dilectio sapiencie
Tibie et psalterium suauem faci
unt melodiam. et super utraque lin
gua suauis. Graciam et speciem desi
derabit oculus. et super hec uirides
sationes. Amicus et sodalis in tem
pore conuenientes. et super utrosque est
mulier cum uiro suo. fratres in
adiutorium in tempore tribulacionis
et super eos mina liberabit. Aurum et
argentum. et constitucio pedum. et
super utrumque consilium beneplacitum
facultates et uirtutes exaltant cor
et super hec timor domini. Non est in
timore domini minoracio. et non est in eo
inquirere adiutorium. Timor domini

sicut paradisus benedictionis super
omnem gloriam operuerunt illum
fili in tempore uite tue ne indi
geas. Melius est enim mori quam
indigere. Vir respiciens in mensam
alienam. non est uita eius in con
summacione uictus. Alit enim
animam suam cibis alienis.
Vir autem disciplinatus et eruditus
custodit se. In ore imprudentis
contulcabitur inopia. et in uentre
eius ignis ardebit. XI

O mors quam amara est
memoria tua homini in
iusto et pacem habenti in sub
stanciis suis. uiro quieto. et cuius
directe sunt uie in omnibus. et ad
huc ualenti accipere cibum. O mors
bonum est iudicium tuum homini in
digenti. et qui minoratur uiribus
defecto etate. et cui de omnibus cura
est. et incredibili qui perdit sapienciam
Noli metuere iudicium mortis. sed
memento que ante te fuerunt et que
superuenient tibi in beneplacito altis
simi. siue decem. siue centum siue
mille anni. Non est enim in inferno ac
cusacio uite. filii ab hominacionum
fiunt filii peccatorum. et qui conui
santur secus domos impiorum. fi
liorum impiorum periet hereditas
et cum semine illorum assiduitas
obprobrii. De patre impio queruntur
filii. quoniam propter illum sunt in ob
probrio. Ve uobis impii qui dereli
quistis legem domini altissimi et si
nati fueritis in maledictione nasceni
ni. et si mortui fueritis in maledictione